



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De monte pietatis c[a]p. 38.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

gotiandum: si quidem alias, & pro
se, & pro alio ad usuram petere, &
accipere licet, siue ad negotiandum,
siue ad quidvis aliud. Permittun-
tur usuræ, sicut & meretrices, &
quidem interdum licet: peccatum
camen est cogere ad usuras solue-
das, sicut & eas exercere: est enim
contra ius naturæ, & Canonicum:
ex quo etiam usurariis undecim
statuuntur pœnæ, ut licet videre
apud Sylvestrum verbo usura.

De monte Pietatis Cap. 38.

Mons pietatis est quædam
pecuniæ summa, aut re-
rū pecunia æstimabiliū,
quæ in pauperum refugiū à Prin-
cipe, vel Republica recondita pe-
culiari loco habetur, ex quo solet
pauperibus gratis mutuari. Huius
montis quatuor sunt leges: Prima,
ut mutuum, quod datur sit ad bre-

ue tempus, & anni non excedat.
* Secunda, quod mutuum non de-
tur nisi sub pignore, ne pauperes
in soluendo sint negligentes in
montis detrimentum. * Tertia, si
infra tempus determinatum non
redditur mutuum, vendatur pi-
gnus, & detur monti quod illi de-
betur. * Quarta, ut qui mutuo ac-
ceperint, singulis mensibus ali-
quam paruam pecuniax summam
monti pro ministrorum expensis
soluant. Olim fuit discordia de
huius montis iustitia, sed Leo x.
peculiari Bulla in Conç. Lateran.
Illijs iustitiam approbavit; quare
mutuum est de Caiet. & Soto, qui
eum impugnant, cum nihil ei lu-
cri accedat ultra id quod habebat:
& si quid accipitur sit pro indem-
nitate, & expensis, & obligatio-
ne mutuandi.